

EDUARDUS CORSINUS

A S. SILVESTRO

Cler. Reg. Scholarum Piarum Præpositus Generalis.

Quam Institutiones Juris Canonici a P. Remigio Maschat a S. Erasmo jampridem editas, & nuper a P. Ubaldo Giraldis a S. Cajetano recensitas, ac plurimis accessionibus auctas, & illustratas duo ex Theologis nostris accurate legerint, easque edi posse probaverint, ipsarum typis excudendarum facultatem concedimus.

Datum Romæ in ædibus nostris Scholarum Piarum apud S. Pantaleonem 8. Idus Martias 1757.

EDUARDUS CORSINUS A S. SILVESTRO
Præpositus Generalis.

Reg. fol. 130.

Stephanus Quadrius a S. Carolo Secretarius.

Institutiones Canonice Remigii Maschat a S. Erasmo Cl. Reg. Scholarum Piarum, novissimis Pontificum Decretis, Summariis &c. immenso labore, summaque diligentia, & ordine auctas, & illustratas a Reverendis, P. Ubaldo Giraldis a S. Cajetano ex iisdem Scholis Piis, Apostolico Romani Cleri Examinatore, & Collegii Ecclesiastici in Urbe Rectore, jussu Reverendis. Patris Joseph Augustini Orsi, Sacri Palatii Apostolici Magistris atrente perlegi, nihilque in iis reperi, quod catholice Religioni, Sacris Canonibus, profubique moribus adverteretur; imo omnia plaure, & commendatione omnino digna visa sunt: præcipue cum Jus commune novum prædictis additamentis plurimum illustraretur. Ideoque censeo, optimum esse, ut Opus hoc ad communitatem omnium, & singulariter causas ecclesiasticas pertractantium utilitatem, maximumque pontificio juri operam navantium emolumentum, in lucem typis edatur.

Ex Monasterio S. Calisti die 15. Februarii 1757.

D. Michael Franciscus Benaglio Prior Cassinensis,
& in Collegio S. Anselmi SS. Canonum Lector.

Jussu Reverendis. Patris Sac. Palatii Apostolici Magistri perlegi Opus inscriptum *Institutiones Canonice Remigii Maschat a S. Erasmo Cl. Reg. Scholarum Piarum Theologo*, jampridem in Germania impressum, & in duo volumina tributum; nuper autem additamentis locupletatum a Reverendis. Patre Ubaldo Giraldis a S. Cajetano ex iisdem scholis, Sacrorum Canonum professore, & Cleri in Urbe Examinatore Apostolico: qui cum videret in eodem Opere non paucas Pontificum Constitutiones, & pleraque sacrarum Congregationum responsa desiderari, eaque variis dispersa locis, & in magnis voluminibus comprehensa non esse ita facile cuivis pervia, pro sua Canonum perita, non sine ingenti labore collecta, miraque claritate in compendium redacta hic exhibet in commune commodum, suis quæque titulis intertexta. Accedunt ejusdem opera & alia quamplurima observationes in sex Elenchos digestæ, quæ non minus eruditæ sunt, quam necessarie ad pernoctandum in hac tanta varietate Canonum Jus novum, quotidianum, & in foro receptum: ut jure hoc Opus ita illustratum, & auctum, existimandum sit ecclesiasticarum Constitutionum, earumque recentium, uberrimum quasi quoddam promptuarium: de quo mihi pluribus dicendum esset, si res verba desideraret, ac non pro se ipsa loqueretur. Quamobrem, cum nihil contineat, quod catholice Fidei, vel Bonis moribus adverteretur; plane censeo, utilissimum Opus esse iterum luce publica donandum una cum præclaris accessionibus. Romæ decimo Kal. Martii MDCCCLVII.

Albertus Cherosinus Sacerdos Oratorii
S. Hieronymi Caritatis.

Opus, cui titulus est *Institutiones Canonice P. Remigii Maschat a S. Erasmo Scholarum Piarum* in Germania olim editum, nunc autem cum additionibus Reverendis. P. Ubaldis Giraldis a S. Cajetano ejusdem Congregationis iterum imprimendum, ut Reverendis. P. Sacri Apostolici Palatii Magistris mandatis obtemperarem, summa animi jucunditate atente perlegi: illud enim omnibus Juris Canonici studiosis erit gratissimum; cum additionibus vero necessarium: nam in evolvendis Gregorii IX. Decretalibus quilibet hæreat oportet, ignorans, an eodem jure adhuc vivamus, vel potius aliqua superacceserit Constitutio, ob quam jus antiquum sit innovatum. At quicquid a S. Concilio Tridentino, aut a summis Pontificibus de novo statutum fuit, ex hisce additionibus, improbo labore, ac summo studio collectis, & suis locis optime dispositis, statim intelliger. Cum itaque nihil in eodem Opere, nec in additionibus, quod puritati catholice Fidei, aut bonis moribus adverteretur, notari valeat, propterea ad publicam utilitatem prælo committi posse censeo, si ita Paternitati suæ Reverendis. videatur. Ex ædibus meis pridie Kal. Martii anno 1757.

Cosmus Torretti Academia Theologica
Censor, & Eminenti. ac Reverendis. D. Card. Tamburini Auditor

LI.



PRÆCURSUS JURIS CANONICI SEU INSTITUTIONES CIVICO-CANONICÆ.

In hoc Præcurso sequar Ordinem Institutionum Imperialium; utpote captivi Discipulorum magis accommodum; ita tamen, ut omittam ea, quæ in cursu Juris Canonici suis tradidi titulis: ea vero ex Digestis suppleam, quæ in Institutionibus desiderantur ad noticiam Canonistæ.

LIBER PRIMUS

De Personis.

Personæ, tanquam objectum materiale præstantius, primum locum sibi vendicant in hoc libro: Res, & Actiones in tribus posterioribus pertractantur. Antequam vero ad Personas accedamus, oportet hic in 1. & 2. titulo Prolegomenis Juris insistere.

TITULUS I

De Justitia, & Jure.



AGTUR de hac materia in Pandectis lib. 2. tit. 1. & 2. In Codice lib. 1. tit. 17. per tres Constitutiones.

1. Nota ex *l. pen. & ult. ff. h. r.* Jus pluribus modis dicitur: 1. pro regula, seu præcepto communi, uti est Jus naturale, Gentium, Civile, Honorarium, Canonicum. 2. Pro sententia judiciali, sicut Prætor jus reddere dicitur. 3. Pro loco, seu tribunali, in quo jus dicitur. 4. Pro necessitudine, seu conjunctione, uti est jus cognationis, affinitatis, amicitie. 5. Pro arte, seu disciplina Juris, quo sensu aliquis dicitur Professor, vel auditor Juris. 6. Pro ipso volumine Jurium. 7. Pro facultate aliquid disponendi, quo sensu dicitur aliquis jure suo uti, habere jus persequendi quod sibi debetur &c. 8. Pro *justo passivo*, seu equo, quo sensu Justitia dat cuique jus suum. Cæteræ acceptiones Juris in decursu hujus scientiæ videbuntur.

2. Ex his colliges, præsentem Rubricam de *Justitia, & Jure*, bene esse conceptam: nam in ea Jus accipitur pro arte, seu scientia Jurium, quo sensu Jus est posterius Justitia, tanquam suo objecto: atque ita, si non grammaticè, saltem juridicè est derivatum, & appellatum à Justitia *l. 1. pr. ff. h. r. & can. 2. d. 1.* ibi: *Jus autem est dictum, quia justum est.* At si Jus accipitur pro æquo, seu *justo passivo*, est prius Justitia, utpote ejus objectum, quo sensu Justitia est nomen derivatum à Jure; & ita Theologi bene inferunt suum Tractatum: *De Jure, & Justitia.* Omittis *P. Remigii a S. Erasmo.* Pars I.

aliis acceptionibus agam *h. r. 1.* De Jure accepto pro Volumine Jurium, quia Studium Juris ante omnia scire oportet, quales libros ad discendum habeat. 2. De Jure accepto pro Jurisprudentiæ. 3. De Jure accepto pro præcepto communi agatur *titulo seq.*

§. I.

De Voluminibus Juris Romani.

3. *Q. I. Quid, & quomplex sit Corpus Juris Civilitis?* R. ad 1. Corpus Juris Civ. est volumen, in quo leges seu Jura condita continentur, sicut anima in corpore. R. ad 2. Præcipua Volumina Juris Romani sunt seqq. 1. *Papirianum* à Sexto Papirio Jurisconsulto compilatum circa tempora Tarquinii Superbi, in quo *leges Curiate*, quas dedit Romulus Populo Romano in 30. Curias diviso, atque leges regie à Numa Pompilio, & subsequentibus Regibus ita continerentur. 2. *Leges XII. Tabularum* præca latinitate conscriptæ, quas Cic. *lib. 1. de Orat.* omnibus Philosophorum bibliothecis antepont. Leges istas à Græcia attulerunt delecti ad hoc Decemviri, quas decem tabulis eboreis, vel æreis incidierunt, quæ duas alias addentes, recerunt *Leges XII. Tabularum*. Extant earum fragmenta in nonnullis exemplaribus Juris Civilis, textuales facile dignoscuntur ex præfatis vocabulis, ut *familia heredisunde, communi dividundo* &c. 3. *Edictum Perpetuum*, quod tandem mandato Adriani Imp. Salvius Julianus Jurisconsultus ex variis Magistratum Edictis compilavit, illudque suis Commentariis illustravit Papinianus, Paulus, Ulpianus, & alii Jurisconsulti. 4. *Codex Gregorianus, & Hermogenianus*, in quem Gregorius, & Hermogenes Jurisconsulti privata auctoritate transferunt Constitutiones Principum

pum ab Adriano usque ad Constantinum M. 3. Codex Theodosianus, in quo Theodosius Minor Constitutiones Principum maxime Christianorum reposuit. 6. Tandem compilatum est Volumen Justinianum, quod hodie per manus habemus, & vocamus Corpus Juris Civilis, in quod Justinianus Imp. Jura Romana dispersa, & indigesta, certo ordine, ac forma transulit, opera Triboniani, Constantini, Dorothei, Theophili, & aliorum Jurisconsultorum. Ita hæc omnia historice describuntur l. 2. ff. de orig. Jur. & l. 1. 2. Cod. de Vet. Jur. Ennc. Ceterum secundum Dionysium Alicarnassum lib. 10., quod spectat ad leges XII. Tabularum, hæc compilata fuerunt a Decemviris, partim e moribus antiquis, partim a legibus præcipue Atticis, quas atulerunt à Græcia tres Legati ad eas transcribendas missi.

4. Q. II. Quot sint partes constituentes Corpus Juris Civilis Justiniani? Res. quatuor præcipue: Institutiones, Pandectæ, Codex repetita prælectionis, & Authenticonum Novellarum Constitutionum. Partes secundarie sunt: tredecim Edicta Justiniani, quinque Novellæ Justiniani, & totidem Tiberii, Constitutiones 113. Leonis, & nonnullæ alie Zenonis, Heraclii, Leonis Iconomachi, aliorumque Impm. Tandem duo libri Feudorum (Cujac. eos divisit in quinque) compilati per Obertum de Orto, & Gerardum Capogitulum, seu Nigrum, Consules Mediolanenses. His extra Corpus Juris Civilis additur Nemesii, seu Ordinatio criminalis Caroli V. an. 1530. & 1532. promulgata in Comitibus Angulaniis, & Ratisbonensibus. Item ea, quæ ad hodiernum Jus publicum pertinent, ut Bulla Aurea, Pax profana, Pax Religiosa Passaviensis, Pax Obnabrugo Monasteriensis, Capitulationes Casarea, & Recessus Imperii.

5. Q. III. Quid sint Institutiones, Pandectæ, Codex, & alie partes Juris Civilis? Res. I. Institutiones sunt quatuor libri continentis breve Juris compendium, seu totius legitime scientie prima clementia. Ita Imp. in Proem. In. §. 4. Collocatæ sunt potissimum ex Pandectis; hinc inde tamen eis immiscitur textus aliqui ex Codice, & aliis Constitutionibus.

6. Res. 2. Pandectæ latine omni sapientia, quasi omnia Jura capita capiunt, sunt 50. libri ex variis triginta septem Jurisconsultorum textibus collecti, continentem plenam Jurisprudentiæ doctrinam. Aliæ vocantur Codex Juris enucleati l. 1. §. 11. C. de Vet. Jur. Ennc. Item Digestum, seu Digesta, quia doctrinam legalem, olim confusam, nunc certo ordine digestam continent.

7. Res. 3. Codex secundus, seu vespertina prælectionis est volumen constans 12. libris, ex Rescriptis, & Constitutionibus Principum compilatum. Dicitur autem secundæ prælectionis, quia ad legendum in scholis substitutus est in locum prioris Codicis Justiniani, ab ipso Justiniano cassati, ut patet ex Const. incip. Cordi, in Proem. Codicis.

8. Res. 4. Authenticonum est volumen constans 9. Collocationibus, & 168. Novellis Constitutionibus, quibus anteriora Jura partim suppleunt, partim corriguntur, Dicitur Authenticonum tum ob auctoritatem Imperatorum, cum etiam ad differentiam Epitomes, quam Julianus Patritius ex authentico, seu originali compendiarie transumpsit. Dissert. ab Authentica, quia Authenticonum est integrum volumen Novellarum; Authentica vero est una Novella Constitutio, vel summarium illius, cuiusmodi summaria minusculis literis impressa sub nomine Authenticonum, hinc inde inserta sunt Codici.

9. Res. 5. Libri Feudorum sunt volumen, quo continentur consuetudines Feudales Longobardorum, & Germanorum; insertis aliquot Constitutionibus Frederici, Conradii, Lotharii, & aliorum Imperatorum. De ceteris partibus, cum in usu non sint, nihil hic speciale dicendum. Quo modo singule partes istæ citentur, reperies in Proleg. Jur. Can. n. 32. uti & Abbreviationes n. 41.

10. Q. IV. An partes principales Juris Civ. ita exacte sint combinatæ, ut nulla in eis antinomia, seu contrarietas legum reperiantur? Res. 1. Certum esse per Novellas anteriora Jura sæpe corrigi, imo Novellam posteriorem derogare priori, licet hæc ordine posterius sit collocata, ex reg. l. 28. ff. de LL. & l. fin. ff. de

Constit. Princ. Sic Nov. 53. 74. per 117. & Nov. 95. 119. per 127. & Nov. 106. per 110. immutata est.

11. Res. 2. Certum esse per 50. species Decisiones a Justiniano hinc inde Codici insertas corrigi anteriora Jura, uti l. 12. & seq. C. de Usufr. Enumerant Decisiones istas Chlirgenp. Proem. In. q. 9. easque ex ipso tenore Constitutionis facile dignoscet.

12. Res. 3. In Pandectis, Institutionibus, & Codice antinomia vitari non potest, nisi licita sit violenta interpretatio. Ita Cujac. Welsch. Carp. Manzjusz, & alii in Jure veratissimi, contra Duar. Arumcum, Harp. & alios contendentes nullam dari in Jure Civ. antinomial. Probatur allegatione unius, & alterius loci: 1. Juxta §. 1. In. qui testam. tutores. Servus si ne expressa libertate testamento tutor datus consequitur libertatem directam, at per l. 9. C. de fideicom. libert. non directam, sed fideicommissariam. 2. Juxta §. 2. In. de usufr. vestimentorum est quasi-ufustructus, at per l. 14. §. 4. ff. eod. vestimenta sunt in usustructu. 3. Juxta l. 1. §. 6. ff. solut. Matr. capivitate, & deportatione solvitur matrimonium, quod negatur l. 1. C. de repudiis. 4. Juxta legem 18. ff. de Rebus Creditis dissentis in causa impediti traditionis effectum, seu translationem domini, quod negatur l. 36. ff. de Acquir. rer. dominio. Plura legenti Jus sponte occurrent. Dixi: nisi licita sit: quia quantum possibile est, leges conciliari debent l. 26. & seq. ff. de Legibus. Et ideo pro concordia legum videtur subtilis, & aliquo modo violenta interpretatio esse licita ex permissione Imp. l. 2. §. 16. C. de Vet. Jur. Ennc. ibi: si quis subtili animo diversitatis rationes excutiat. His non obstat l. 1. §. 8. l. 2. pr. & §. 16. l. 3. §. 15. C. eod. nam licet Imp. optaverit, & demandaverit, ut opus hoc absque ulla antinomia, & contrarietate compilaretur, id tamen plene in omnibus non est affectus. Unde cit. l. 3. §. 15. non dicit Imp. absolute nullam contrarietatem legum reperiri, sed non facile quis repererit. Ignoscendum tamen est tot Compilatoribus divertorum Jurisconsultorum textus colligentibus, quia in nullo aberrare Divine usque solius, non autem mortalis est constantia cit. l. 3. §. 13.

13. Q. V. An Institutiones, Pandectæ, Codex, & Novellæ obediunt auctoritatem Juris communis? Res. 1. affirmative: nam Institutiones, & Pandectæ confirmationem Imp. Justiniani acceperunt per Const. incip. Dedit nobis, relatum l. 3. C. de Vet. Jur. Ennc. ita ut obligare inceperit ex 3. Kal. Januar. anno circiter 523. Codex vero sequenti anno promulgatus obligare incepit ex 4. Kal. Jan. ut patet ex Const. præfixa incip. Cordi de emendatione. Cod. Tandem Novellæ diversis postea temporibus late pari auctoritate Principis præfulgent, ex eo dicitur, quia novissime post Codicem secundum promulgata sunt, tanquam novum quiddam continentes. Ex his colliges, quod, si vera contrarietas in textibus reperitur, Institutiones, & Pandectæ corrigantur per Codicem, & tria hæc per Novellas. At per Institutiones non corriguntur Pandectæ, sed suppleuntur, & explicantur Institutiones ex Pandectis, seu suo fonte, exceptis iis, quæ ex Codice translata sunt in Institutiones, cum ista conditionem Codicis sequantur.

14. Res. 2. Jus Civ. commune in Imperio Romano Germanico receptum est quo ad omnia, donec ostendatur ei per Jura posteriora fuisse in aliquibus derogatum. Ita Ordinatio Cameræ Imp. an. 1496. in qua Maximilianus I. Athesioribus sub juramento præcipit sequi Jura communia Romana. Idem præcipitur in Ord. Cam. an. 1500. §. Orden. & an. 1555. p. 1. tit. 13. §. 1. & an. 1577. §. 17. Unde allegans Jus commune, licet ejus observantiam non probet, habet causam, & intentionem suam fundatam, donec contrarium Jus posterius ostendatur. Excepit 1. tres ultimos libros Codicis de Jure publico Rom. tractantes, qui propter immutatam formam Reipubl. nec observantur, nec traduntur in scholis, nisi forsitan quo ad ea, quæ moderno statui sunt accommodata. Excepit 2. Authenticas Codici insertas, quæ nomen Frederici Imper. non præferunt, sed ab Inreio, seu Wernero Jurisconsulto (ut vulgo creditur) additæ sunt; neque aliter obtinent auctoritatem Juris, nisi quantum concordant cum originali Novellarum. Excepit 3. leges Codicis, quæ ex 60. libris Basilicis Impm. Basilii Macedonici de sum.

sumptæ sunt; quia libri isti nunquam recepti erant in Imperio Occidentali. Excepit 4. tres ultimas Novellas, & quasdam leges a Cujacio Codici insertas, de quibus notatæ solet Gothofr. Cæteræ partes Juris Civilis non habent auctoritatem, exceptis libris Feudalibus, ad quos tunc esse recurrendum, dum propria cujusque loci consuetudines deficient, statuit Reformatio Politicæ an. 1548. tit. 3. & Recessus Imp. 1567. Quomodo observandum sit Jus Civ. in foro Canonico docent regulæ relatæ in Proleg. Jur. Can. n. 28.

15. Q. VI. De qua re agat Jus Civ. Romanum? Res. generaliter loquendo de Personis, Rebus, & Actionibus, seu tribus objectis materialibus. Ordo autem in singulis voluminibus est diversissimus, qui Tironibus Juris non leve negotium præbet. Hinc eorum gratia subjicitur hic brevis Juris Civilis Synopsis, seu quoddam generale systema, ut à generalibus confuse præcognitis facilius ad specialia procedatur.

Synopsis Institutionum.

16. Liber I. agit 1. per priores duos titulos de objecto, natura, & divisione Jurisprudentiæ, ejusque principiis, quæ sunt Jus naturale, Gentium, & Civile. 2. a tit. 3. usque ad 7. de prima divisione personarum in liberos, & servos, ingenuos, & libertinos. 3. a tit. 8. usque ad 12. de secunda divisione personarum in eos, qui sui, vel alieni juris sunt, seu in dominos, & servos, patrefamilias, & filiosam ubi etiam de modis acquirendæ patriæ potestatis per nuptias, legitimationem, & adoptionem, & de modis, quibus solvitur patriæ potestas. 4. a tit. 13. usque ad fin. de tertia divisione personarum in eos, qui sub tutela, vel cura sunt, & eos, qui sub neutra hæc potestates sunt. Occasione tutelæ, & curæ agitur de Tutoribus testamentariis, legitimis, & dativis, de Curatoribus, satisfactio, excusatio, & crimine suspecti Tutoris, & Curatoris.

Liber II. agit 1. a tit. 1. usque ad 13. de rebus corporalibus, & modis naturalibus acquirendi dominium. Item de rebus incorporealis, seu juris, ut servitutibus, usufructu, usu, & habitatione. 2. a tit. 6. usque ad 9. de modis civilibus acquirendi per ufucapionem, & donationem, & personis alienare, vel acquirere valentibus, 3. a tit. 10. usque ad fin. de modo civili acquirendi res unversas per successionem ex testamento, & de his, quæ testamento coherent, ut legata, fideicommissa.

Liber III. agit 1. a tit. 1. usque ad 13. de modis civilibus acquirendi res unversas per successionem ab intestato, per bonorum possessionem, arrogationem, bonorum additionem, & venditionem. 2. a tit. 14. usque ad fin. de obligationibus realibus, verbalibus chirographariis, & consensualibus, & quasi-contractibus, modisque solvendi obligationem.

Liber IV. agit 1. a tit. 1. usque ad 5. de obligationibus ex delictis privatis, ut furto, rapina, damno, injuria, & quasi-delictis. 2. a tit. 6. usque ad 16. de variis actionibus, exceptionibus, replicationibus, interdictis, & penis temere litigantium. 3. a tit. 17. usque ad fin. de officio Judicis, & judicis, seu delictis publicis.

Synopsis Pandectarum.

Justin. l. 3. a §. 1. cum seq. C. de Vet. Jur. Ennc. ad numerorum naturam & harmoniam respiciens, divisit Pandectas in 7. tractatus, seu partes.

17. Tractatus I. a libro 1. usque ad 4. præmissis principiis Juris, & personis tam privatis, quam publicis, continet, preparatoria judiciorum, uti sunt iudicium, citatio, satisfactio, setiæ, dilaciones, libellus, pacta, transactiones, personæ auxiliares, ut Advocati, Procuratores, Syndici: item restitutiones in integrum, arbitria, & alia his coherentia.

Tractatus II. a lib. 5. usque ad 11. continet judicia in genere: item in specie judicia realia universalis circa hereditatem, & realia singularia, seu actiones reales circa res singulares, uti est Rei vindicatio circa corporalia, Confessoria, & negatoria circa usufructum, & servitutes. Tum sequitur actio quædam pedædaria. L. Aquiliæ, effusi, dejecti, noxalis, & actiones mixtæ f. Remigii a S. Erasmo. Pars I.

nium regundorum, familie heriscunde, communi dividundo, ad exhibendum, & varia miscellanea pro judiciis.

Tractatus III. a lib. 12. usque ad 19. continet conditiones, seu actiones personales ex contractibus, & quasi-contractibus.

Tractatus IV. a lib. 20. usque ad 27. continet accessoria contractuum; uti sunt pignora, evictions rescissiones, usufructus, probationes, instrumenta, testes, Juris, & facti ignorantia; item nuptias, & tutelæ.

Tractatus V. a lib. 28. usque ad 36. continet ultimas voluntates, & successiones civiles.

Tractatus VI. a lib. 37. usque ad 44. continet Successiones Prætorias, seu bonorum possessiones ex testamento, ab intestato: item novi operis nunciacionem, actionem damni infecti, aque pluvie arcende, donationes, manumissiones, dominia, possessiones, usufructiones, sententias, & adjudicationes, interdicta, exceptiones.

Tractatus VII. a lib. 45. usque ad 50. continet verborum obligationes, modos, quibus solvitur obligatio, delicta privata, & publica, appellationes, Jura fiscalia, militaria, & municipalia; & tandem per modum recapitulacionis clauditur Digestum duobus titulis de Verborum significatione, & diversis regulis Juris.

18. Interpretes aliam faciunt partitionem Digesti: in Digestum Vetus, seu anterius, quia ordine ceteras partes præcedit. Infortiatum, quia juxta aliquorum somnia agit de rebus fortissimis; puta matrimonialibus, tutelis, & ultimis voluntatibus; melius diceretur Infortiatum, seu Medium, quia mediat inter vetus, & novum; & ultimo in Digestum novum, seu ultimum, quia postremum locum obtinet. Rationes, & derivaciones horum nominum noli querere, quia fuit metæ notæ ad placitum, sicut apud Dialecticos barbaræ celtarum, darii &c. Sic etiam quod Pandectæ, quæ per græcum si citabantur, hodie per ff. scribantur, est meum signum ad placitum Noariorum, ex affinitate cum dicta littera græca traductum. Idem dicendum de notis paragraphorum §. Insistendo proinde partitioni Interpretum, tres erunt partes Digesti: Prima pars pretendit potest usque ad librum 22. inclusive, & traduntur in ea preparatoria judiciorum, & actiones tam reales, quam personales. Secunda pars pretenditur a lib. 23. usque ad 40. & traduntur in ea nuptiæ, tutelæ, ultime voluntates bonorum possessiones, seu successiones Prætorie, novi operis nunciatio, actio damni infecti, aque pluvie arcende, de publicanis, donationes, & manumissiones. Tertia pars a lib. 41. usque ad ultimum 50. agit de dominis, possessionibus, ufucapionibus, adjudicationibus, interdictis, exceptionibus, stipulationibus, modis solvendi obligationem, delictis privatis, & publicis, appellationibus, de juribus Fisci militum, & municipium, de Vet. Sign. & R. J.

Synopsis Codicis.

19. Liber I. agit 1. de Sacris, ut Summa Trinitate. 2. de Legibus, Rescriptis, & Statutis. 3. de Magistratibus.

Liber II. de preparatoriis judiciorum, ut de edendo, citando, pactis, transactionibus, Advocatis, Procuratoribus, restitutionibus, Arbitris, satisfactioibus, fo nullis actionum, & jurejurando.

Liber III. de Judicis, Judicibus, Actore, Reo; actibus judicialibus, foro competente. Item in specie de actionibus realibus, mixtis, & noxalibus.

Liber IV. de actionibus personalibus, contractibus, de exceptione Senatusconsulti Macedoniani, Vellejani, usuris, uti & de probationibus.

Liber V. de nuptiis, & tutelis.

Liber VI. de Servis, & libertis, bonorum possessionibus, testamentis, legatis, successioibus ab intestato.

Liber VII. de manumissionibus, præscriptionibus, sententiis, & appellationibus.

Liber VIII. de Interdictis, pignoribus, exceptionibus, & stipulationibus, patriæ potestate, consuetudine, & donationibus.

Liber IX. de delictis publicis, & privatis, penis, aliisque criminalibus.

Liber X. de Fiscalibus, & Municipalibus.

Liber XI. de Patrimonialibus, Collegiis, Agricolis.

Liber XII. de dignitatibus, & officiis Palatinorum.

Ex hac triplici Synopsi patet, quam diversa sit materiarum dispositio in Institutionibus, Pandectis, & Codice; sed non propterea animo concidere debeat Juris Studiosus, quia sylviter hoc menti imprimendo, & Corpus Juris aliquoties obiter percurrendo, quidlibet facile in Jure reperiet.

§. II.

De Natura, Objecto, Præceptis & Divisione Jurisprudentiæ.

20. Q. I. Quid sit Jurisprudentiæ? R. Est ars boni, & equi. Ita Celsus l. 1. pr. ff. h. t. seu est Divinarum, æque humanarum rerum notitia, iusti, æque iniusti scientia. pr. In. & l. 10. in fin. ff. h. t. Dicitur 1. ars, quia Jurisprudentiæ habet certa præcepta ad efficiendas actiones iustas dirigenda. Dicitur 2. boni, quia est habitus bene disponens intellectum ad optimum sui objecti. Dicitur 3. equi non generaliter, prout æquum dicitur omne, quod est conforme legi, atque ita convertitur cum bono, sed equi specificè in materia iustitiæ: quia Jurisprudentiæ dirigit voluntatem ad ponendum æquum secundum leges, & exigentiam Juris alieni. Dicitur 4. Divinarum rerum, hoc est præceptorum naturalium, quæ in materia iustitiæ sunt prima principia Juris.

21. Q. II. Qualis habitus sit Jurisprudentiæ? R. 1. est vera scientia. Ita com. contra Vinn. & alios paucos negantes illam reduci posse ad artificiosum, & scientiæsystema. Prob. ex §. 1. In. & l. 10. ff. h. t. ubi Jurisprudentiæ dicitur iusti, & iniusti scientia. & l. 1. §. 1. eod. vocatur vera philosophia. Ratio est, quia ad veram scientiam plus non requiritur, quam principia infallibilia, & conclusiones ex his deductæ certæ, & evidentes sed Jurisprudentiæ habet principia infallibilia, scilicet Jura naturalia, a quibus vim suam habent Jura civilia, & deductæ scientiæ conclusiones certas, & evidentes v. g. legem esse obligatoriam, quia est rationale præceptum Superioris; actionem secundum leges iustam esse laudabilem, & Reipublicæ proficuum, quia regulata est a principio, seu præcepto communi: usucapiones, & servitutes esse licitas, quia bonum publicum præferendum est bono privato: testamentum imperfectum non prodesse, quia caret forma substantiali &c. ergo. Dicitur: Principia Jurisprudentiæ, scilicet Jura humana sunt mutabilia, & fallibilia: item objecta illius sunt contingentiæ, uti actiones civiles. R. licet Jura humana materialiter, & quo ad determinationem sint mutabilia, formaliter tamen quo ad vim obligatoriam sunt immutabilia, & infallibilia, cum innantur huic principio: iuste legi Superioris parendum est. Similiter actiones civiles in communi, prout attinguntur a Jurisconsulto non sunt contingentes, sed necessariæ, licet quo ad existentiam, & determinationem mutantur. Sic enim necessariæ sunt ista propositiones: Testamentum sua forma instructum, est validum, contractus legibus conformis, est legitimus &c.

22. R. 2. Jurisprudentiæ est ex fine suo practica, & subalternata Ethicæ. Ita com. Ratio primi, quia scientia iusti, & iniusti, seu dirigens ad exercendam operationem iustam, & cavendam injustam, est omnino practica, cum pro fine suo habeat opus; sed Jurisprudentiæ est iusti & iniusti scientia pr. h. t. ergo. Ratio secundi, quia scientia habens principia demonstrata in scientia superiori, est ei subalternata, sed Jurisprudentiæ habet principia sua demonstrata in Ethicæ, ergo. Probatur minor. Hoc principium Jurisprudentiæ: Legi Superioris parendum est, demonstratur in Ethicæ, quia inferior subicitur Superiori, & ejus directione indiget ob salutem Reip. & hoc principium: bonum publicum præferendum est privato, demonstratur in Ethicæ, quia ratio naturalis dicitur, majus bonum esse præferendum minori bono, & sic in cæteris, quia, ubi definit Ethicus, ibi incipit Jurisconsultus, ergo. Quod si ad hanc subalternationem differentiam accidentalem objecti desideras, ista facile assignatur: nam objectum Ethicæ est actus moralis, objectum vero Jurisprudentiæ est actus moralis, ut iustus, seu relictivus per leges.

23. R. 3. Scientia juridica est habitus diversus a prudentia; nam objectum utriusque, & modus procedendi est diversus: & quidem objectum scientiæ jur-

dica: est actio civilis in communi, & modus procedendi universalis v. gr. Legitimo Superiori parendum est, sed Imperator, aut Rex est legitimus Superior suorum, ergo. At objectum prudentiæ est actio velut omnibus particularibus circumstantiis, & modus procedendi singularis v. g. Qui pensatis omnibus, videretur mihi legitimus Superior, ei parendum est; sed Carolus VI. pensata ejus electione, cæterisque circumstantiis videretur mihi esse legitimus Superior, & Imperator subditorum secularium, ergo ab his ci parendum est. Tum quia experientia teste, sicut optimus Theologus quandoque pessimus est Christianus, ita Jurisconsulti optimi, sæpe minime sunt prudentes, dum in consiliis, & particularibus materiis in commodum, & favorem suum iustitiam suscipere deque pervertunt, & limites iudicii prudentialis, quod recta conscientia est regula, transgrediuntur. Fator tamen per Studium Juris, præsertim si præcepta ejus frequenter particularibus materiis applicentur, occasionaliter acquiri habitum prudentiæ, quæ de causa scientia legum dicitur Jurisprudentiæ, & Jurisconsulti Prudentes §. 8. Inst. de Jur. natur. Gen. & Civili.

24. Q. III. Quod sit objectum Jurisprudentiæ? R. 1. Objectum materiale remotum est triplex: Persona, res, & actiones. §. fin. de Jur. nat. Gen. & Civili. omne autem Jus, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. 2. Objectum materiale proximum sunt actus voluntatis: formale est relictivus æqualitatis secundum leges: complexum & adæquatum est actio civilis, quatenus in materia iustitiæ relictivata per leges, seu iustitiæ actualis a legis regulata. Ita in te eom. Et patet ex definitione Jurisprudentiæ, quæ est ars equi, iusti, & iniusti scientia. Hinc Ulpian. l. 1. §. 1. ff. h. t. de Jurisconsultis ait: Iustitiam namque colimus, & boni, & equi notitiam profitemur, æquum ab iniugo separans, licitum ab illicito discernentes, veram nisi fallor, philosophiam, non simulatam affectantes: nam Jurisprudentiæ ex fine suo inquisitio tenet ad dirigendos actus iustitiæ secundum leges, ergo. 3. Finis extrinsecus Jurisprudentiæ est salus, & felicitas Reipubl. & finis ultimus est Deus, tanquam principium, & finis omnium Jurium, & Jurisconsultorum. Dicitur: actio iusta est objectum virtutis iustitiæ, & Ethicæ, ergo non iustitiæ prudentiæ. R. hic diversam rationem esse spectandam: nam actio iusta, ut moralis est, pertinet ad Ethicam; ut iusta est secundum æqualitatem, pertinet ad habitum, seu virtutem iustitiæ, ut regulata est secundum leges, seu Jura civilia, pertinet ad Jurisprudentiæ, quæ licet sit in intellectu, tamen regulat actus voluntatis ad æqualitatem legalem equi. Denique ut est vestita his circumstantiis, pertinet ad prudentiam regulantem. Sic vendere cum æqualitate mercis & pretii, est objectum, & actus iustitiæ: at vendere cum certo modo, & solemnitatibus a Jure præscriptis, est actus regularis a Jurisprudentiæ, licet eliciatur a voluntate.

25. Q. IV. Quos sint generalia præcepta Juris? R. hæc tria: honeste vivere, alterum non ledere, suum cuique tribuere. §. 3. h. t. Primum præceptum, licet ampliari possit ad omnem honestam vitam, ne quid turpe, & rationi dissonum committatur, tamen principiter procedit de vita honesta intra limites iustitiæ, atque ita est principium, ex quo manant duo reliqua præcepta: alterum negativum neminem ledere, alterum affirmativum suum cuique tribuere, etiam malefactori panem, quatenus per delicta abluas honor civis Reipubl. restituar.

26. Q. V. Quomplex sit Jus acceptum pro Jurisprudentiæ? R. duplex: Publicum, & Privatum. §. fin. h. t. l. 1. §. 2. ff. eod. nam divisio ista, quæ non est subiectiva ex parte habitum, sed objectiva ex parte materiæ, desumitur ex fine, seu utilitate, quam Jus respicit: talis autem utilitas vel est principialiter publica, vel privata, ergo etiam Jus aliud est publicum, aliud privatum. Publicum est, quod ad statum Reipubl. spectat, hoc est quod principialiter disponit de Magistratibus, & negotiis; atque ita pro fine habet principialiter utilitatem publicam Reipublicæ, licet secundario, & in consequentiam utilitas ista redundet in privato. Hinc Ulp. l. 1. §. 2. ff. hoc tit. dicit Jus publicum consistere in Sacris, Sacerdotibus, & Magistratibus, quæ tria ad utilitatem publicam

blicam ordinantur. Hodie tamen Sacra, & Sacerdotes non Civili, sed Can. Jure reguntur. Jus Privatum est, quod ad singulorum utilitatem spectat; hoc est quod principialiter disponit de privatis actionibus civium; atque ita pro principali fine habet utilitatem privatorum, licet hæc secundario, & in consequentiam redundet in bonum commune. Hic Imp. omisso Jure publico, agere intendit de privato, ad quod pertinent libertates, servitutes, patria potestas, tutela, & cura, verum dominia, testamenta, contractus, delicta, iudicia, & alia hujusmodi. Dices: Multa ad Jus privatum spectantia dicuntur esse Juris publici, ut leges testamentorum, adoptionum, fora, plateæ, delicta publica &c. R. Jus dici publicum ex fine utilitatis publicæ, cætera vero aliis modis dicuntur publica vel effective, quia procedunt ab auctoritate publicæ, & privatorum pactis mutari nequeunt, sicut leges, juxta l. 38. ff. de pact. Jus publicum privatorum pactis mutari non potest. Vel publica usu, quia toti populo sunt communia, sicut fora, plateæ &c. Vel publica reservatione, quia auctoritati legis reservantur, sicut pæna publicorum iudiciorum l. 15. pr. ff. ad municip.

27. Q. VI. Ex quibus præceptis collectum sit Jus privatum? R. ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus, ob quod etiam irripariam dicitur. §. fin. in fin. h. t. l. 1. §. 2. ff. eod. nam quilibet civis, ut homo est, regitur Jure naturali: ut pars est societatis humanæ ex integris gentibus congregatæ, regitur Jure gentium; & ut est pars certi populi, seu civitatis, regitur Jure civili talis populi. Ceterum tria hæc genera præceptorum etiam communia sunt Juri publico, quia & hoc innitit debet Juri naturali, gentium, & civili. Dices: Præcepta ista præsertim naturalia pertinent ad Ethicam, ergo non ad Jurisprudentiæ. R. & pro solvendis pluribus dubiis hæc te notare volo: 1. Jura naturalia ut sunt principia per se nota, pertinent ad synderesim, quæ est habitus primorum principiorum practicoorum tam universalium, seu aliorum v. g. bonum est faciendum, malum fugiendum, bonum publicum prævalet: privato, necessitas non habet legem &c. quam communium, seu interiorum per se immutecentium v. g. non est furandum, formidandum &c. 2. Jura naturalia, ut subsunt discursui ethico ad inferendam conclusionem, per modum principii spectant ad Ethicam v. g. subditus parere debet suo Prelato, quia inferior parere debet Superiori, quod est principium Juris naturalis, ex quo sequitur prior illatio. 3. Jura naturalia, ut sunt regula prima, & suprema dirigens omnes leges inferiores, & quatenus contingenter, seu arbitrarie determinantur a Jure humano, pertinent ad Jurisprudentiæ, tanquam illius principia v. g. hoc præceptum naturale: malefactores sunt puniendi, dirigit leges criminales, & ab iis determinatur ad certum modum puniendi per gladum, ignem &c. 4. Jura naturalia, ut applicantur actu omnibus circumstantiis vestitiis, pertinent ad virtutem prudentiæ, ejusque partes, scilicet ad Eubulium pro dando recto consilio, ad Synesim pro recte dijudicandis consiliis secundum principia communia, ut depositum domino est reddendum, alienum non est accipiendum &c. ad Gnomem pro recte dijudicandis consiliis secundum principia altiora v. g. bonum publicum prævalet privato, necessitas non habet legem &c. ex quibus sequitur depositum non esse reddendum hosti Reipubl. in extrema necessitate alienum accipi posse &c. Vides ergo, quod Jura naturalia sub diversâ ratione & applicatione ad diversas scientias, & virtutes pertinent, ipsaque synderesis omnia moralia ad se trahat, omnibusque deserviat.

28. Q. VII. An ergo dicendum sit Jurista scientiæ, qui caller illa triplicia præcepta ad Jus pertinentia? R. negative: nam acquirere talia præcepta non est aliud, quam sibi comparare quandam habitum primorum principiorum legalium. Ut vero Jurista dicatur scientiæ, requiritur insuper, ut sciat artificiose secundum principia Juris deducere conclusiones necessarias primario, & ubi hæc deduci non possunt, saltem probabiles, cum & ista secundario ad scientiam pertinent. Ita securant sapientissimi Jurisconsulti in Pandectis citati, qui in Leges, Senatusconsulta, Edicta eruditissimos Commentarios ediderunt, & innumeras conclusiones ex Juribus latis deduxerunt, ita ut Interp. Remigii a S. Erasmo. Pars I.

pretationes Prudentum olim communiter Jus Civile appellare sint. l. 2. §. 12. ff. de orig. Jur. De præceptis Juris agitur sequitur. Cum vero Jus circa iustitiam occurrat, merito de illa aliquid dicendum, & revocandum erit ex Ethicæ, siquidem in Jure præter definitionem iustitiæ vix aliud quid de illa specialiter reperitur.

§. III.

De Justitia.

29. Justitia hic non accipitur pro gratia sanctificante, nec pro collectione omnium virtutum, quo modo dicitur justitia universalis, sed prout est virtus specialis una ex quatuor virtutibus Cardinalibus. In quo sensu.

30. Q. I. Quid sit justitia? R. est constans, & perpetua voluntas sui sum cuique tribuendi pr. h. t. l. 10. ff. eod. Dicitur: 1. voluntas non formaliter, ut est potentia anime, sed metonymice, ut significat actum vel habitum practicum voluntatis. Dicitur 2. constans, quia justitia est habitus firmus, & stabiliter inclinans ad suum actum. Dicitur 3. perpetua, non subjective, qualiter in solo Deo perpetuo manet, sed objective, & affective, quia justitia, quantum est de se, semper quodcumque jus alterius intendit adæquare. Dicitur 4. sui sum, hæc particula dicitur cuique sui sum locum tenent differentie, quia justitia ex natura sua est virtus ad alterum, & unice intendit dare alteri, quod suum est. Ex his solvantur argumenta in contrarium. Videatur S. D. 2. 2. q. 58. a. 1. Porro data definitio justitiæ non tantum competit justitiæ creatæ, sed etiam per analogiam, demptis imperfectioribus, accommodatur justitiæ increate in Deo.

31. Q. II. Quos sint partes Justitiæ? R. 1. Partes subjective, seu species sunt tres: Justitia commutativa, distributiva, & legalis: nam etiam tres sunt modi ponendi æqualitatem ad alterum, scilicet paritatis ad paritatem, seu civis ad civem, totius ad partem, seu Communitatis, aut Principis ad civem, & paritatis ad totum, seu civis ad Communitatem qua talem. Ex his primum facit commutativa, secundum distributiva, & tertium legalis, ut mox patebit, ergo.

32. Commutativa est, quæ dat jus cuique suum inter privatos secundum æqualitatem arithmeticam rei ad rem, atque ita adæquat jus alienum proprietatis late acceptæ pro omni jure quæsitio in re, vel ad rem, v. g. equum emisti 100. flor. da 100. & jus venditoris ex justitia commutativa adæquat. Oritur hæc justitia ex contractibus, delictis proximo injuriam, aut dampnum inferentibus, aliisque titulis, quibus aliquid debetur ex testamento, legato &c. Dicitur: Princeps, vel Communitas sæpe contrahit cum privato, vel ei dampnum facit, ergo Commutativa datur etiam inter Principem, & civem. R. Nego conf. nam Princeps, vel Communitas in tali casu reputatur pro privata persona.

33. Distributiva est, quæ in distributione officiorum, & aliorum bonorum communium dat cuique civi suum secundum proportionem geometricam meritum, & capacitatis; atque ita adæquat jus condignitatis, seu suitatem membri. Hæc justitia datur tantum in Communitate, seu Principe, aut Superiore, qua tali, cujus est distribuere bona communia inter subditos.

34. Legalis, seu Generalis est, quæ in præstatione onerum dat Communitati, quod suum est; atque ita adæquat jus observantia, seu suitatem Communitatis. Hæc justitia datur in subditis secundum proportionem partium arithmeticam, in quantum quilibet civis pro bono communi teneatur dare, aut facere tantum, quantum potest, & debet, partim geometricam, in quantum onera civibus imponenda sunt secundum cuiusque vires, & facultates. Datur quoque in Principe, seu Superiore, quia iste non minus, imo magis quam subditi teneatur studere bono communi. Dicitur autem Legalis non ideo quia scilicet secundum legem operatur, hoc enim commune est cuique virtuti, & generalis non ideo, quia est omnis virtus, sed quia præcipue, & generaliter in omni materia attendit observantiam legum pro bono communi, ob quod etiam apud Religiosos vocatur Observantia, A 3 seu

seu *Disciplina regularis*. Sub *Justitia* legali continetur *Epikia*, seu benigna interpretatio legis secundum bonum, & æquum, quæ in operationibus suis non attendit ad verba legis, sed ad mentem Legislatoris propter speciales circumstantias in lege non expressas. Sic enim hoc præceptum: *Laticus non tanquam vasa sacra*, benigne interpretatur, quod non obliget pro casu, quo Infideles vasa ista diriperent.

35. His additur *Justitia Vindicativa*, quæ pro merito culpæ poenâ infligit. Ex parte rei non est vera *Justitia*, quia ei nulla sit injuria, si non puniatur; at ex parte Judicis est vera *Justitia*, seu pars *Commutativa*, quia Judex ex quasi-contractu cum Republ. initio tenetur malefactoris punire, & ita ablatum honorem Reipublice restituere. Cæterum an *Commutativa*, *distributiva*, & *legalis* stricte, & univoce conveniant in ratione *Justitiæ*, est questio de nomine, quam hic libenter omitto, cum ad Jus nihil faciat; nam si in definitione *Justitiæ* per *Jus suum* intelligatur *Jus suum* questum, & appropriatum, tunc sola *Commutativa* est stricta *Justitia*; si vero *Jus suum* præcindit à *Jure* questum, & querendum, seu appropriatum, & appropriatum, etiam pura *distributiva*, & pura *legalis* est proprie & stricte *Justitia*.

36. R. 2. Partes potentiales *Justitiæ* sunt: *Religio*, *Punitio*, *Pietas*, & *Observantia*, quæ à rigore *Justitiæ* deficient ex defectu *æqualitatis*, quia Deo, parentibus, patrie, magistris, & majoribus nunquam ex integro satisfaciunt, quin maneamus eis obligati. Item *Veritas*, *Gratitudo*, *Amicitia*, *liberalitas*, & *vindicativa Justitia*, quæ à rigore *Justitiæ* deficient ex defectu rigorosi debiti, cum fundentur in solo debito morali honestatis.

37. Q. III. Quod sit objectum *Justitiæ* in genere, & specie? R. 1. Objectum materiale *Justitiæ* in communi remouet ex re debita, proximum est operatio voluntatis formale, quod est restitudo æqualitatis, quæ ponitur inter *Jus activum* unius, & *passivum* obligationem alterius: complexum est utroque est *Jus*, seu *Jus passivum* alteri legaliter debitum: *motivum*, seu ratio formalis, sub qua est honestas illa specialis, quæ relucet in positione æqualitatis; & objectum, seu persona cui, est ille, qui vestitus est *Jure activo*, quod ab altero adequatur. Ita hæc omnia patent ex definitione *Justitiæ*, quæ dat cuique *Jus suum*, v. g. operario mercedem, in quo exemplo pecunia in mercedem conventa, est objectum materiale *remouit*, actio voluntatis, quæ merces ista datur, est objectum materiale *proximum*; restitudo æqualitatis in actione voluntatis relucens, est objectum formale quod; honestas solvendi mercedem est *motivum*; operarius ut vestitus *Jure activo*, seu exactivo hujus mercedis, est *subiectum*, cui solvitur, seu cuius *Jus activum* per mercedem datam adequatur. Ex his colliges ad hoc ut *Jus suum* cuique dandum fit objectum *Justitiæ*, tria requiri: 1. ut sit debitum rigorosum, seu legale, ad quod solvendum Jura, & leges adstringunt prout exigit *Jus activum* alterius. 2. Ut sit æquale, quia adæquationem istam *Justitia* requirit. 3. Ut sit ad alterum, seu alteri debitum, quia sibi ipsi nemo proprie debet. Illa vero alteritas non debet esse tantum personarum, sed etiam *Jurium diversorum*, & ideo quia pater, & filius, dominus, & servus quo ad certos effectus civiles, non habent diversa Jura, sed fideione *Juris* reputantur pro una persona, *Justitia* inter eos non datur quo ad tales effectus v. g. ut dominus cum servo contrahat.

38. R. 2. Objectum *Justitiæ* *Commutativæ* est debitum legale, seu *sancti Juris* questum inter privatos adæquanda: nam *Commutativa* ex parte *subiecti* præsupponit *Jus quantum* in re, vel ad rem. 2. Objectum *distributive* est debitum legale, seu *Jus condignitatis* ad bona communia: nam *distributiva* vult dare cuique *Jus* suum secundum merita, & capacitatem. 3. Objectum *Legalis* est debitum legale, seu *Jus observantia* à membris *Comunitatis* pro bono communi adæquabile: nam hoc *Jus observantia* legum per se intendit *Justitia* legalis.

Obj. 1. Hospitalitas est debita peregrinis pr. d. 42. & gratitudo benefactoribus, nec tamen sunt *Justitiæ*. 2. Debitor pauper solvens 50. pro 100. facit actum *Justitiæ*, non tamen ad æqualitatem; ergo æqualitas non requiritur ad objectum *Justitiæ*. 3. Qui pro equo

sublato valoris 100. pendit 100. ponit æqualitatem, non tamen actum *Justitiæ*, quia aliud pro alio invito creditori solvi non potest. l. 2. §. 1. ff. de Reb. Credit. R. ad 1. Dist. ant. est debita debito morali, & simpliciter honestatis, conc. ant. debito legali, & rigoroso, seu *Justitiæ*, neg. ant. Ad 2. Actus iste est imperfectus ex natura sua ordinatus ad solutionem debiti adæquatam. Ad 3. Dist. ant. ponit æqualem debitam, seu adæquatam *Jure activo* equi debiti, neg. ant. indebitam, & materialem, conc. antec. nam in quantitatibus genus, at in speciebus, seu corporibus debitis species reddi debet. Jam ut in hac materia confuso, quæ in quibusdam *Scriptoribus* inextricabilis est, evitetur, necesse est explicare essentiam, & divisionem *Juris activi*. Unde

39. Q. IV. Quid, & quomodo sit *Jus passivum*? R. 1. *Jus Passivum* est legitima facultas disponendi de aliqua re. Dicitur 1. legitima, hoc est legitime permessa, seu legi naturali, Divinæ, & humanæ conformis, non autem ei repugnans. Unde potestas, quæ latro viotorem spoliat, seu aliquid ab eo exigit, non est legitima, *Jus juris*, sed facti, & violentiæ. Dicitur 2. disponendi, quod verbum accipitur latissime pro quocunque actu, vel omissione potestati subiectis, ut sunt agere, uti, abuti, alienare possidere, petere, condicere, præcipere, gubernare &c.: nam qui potestatem pollet, omnia potest, quæ tali potestati subijciuntur.

40. R. 2. *Jus potestativum* recte dividitur in *Abolutum*, seu *secundum se*, quod datur ad exercendas proprias actiones, vel omissiones *subiecti* *Jus* tale habentis: quo sensu dicimus, quod quisque *Juri* suo uti, & abuti possit, & utens *Jure suo* nemini faciat injuriam &c. in *Respectivum*, seu *Activum*, vel potius *Executivum*, quod datur in ordine ad actiones, vel omissiones alienas, adeoque exigit, ut alter aliquid agat, vel omitat in gratiam *Jus activum* habentis. Et de hoc in *seq. resp. agitur*. 2. *Jus potestativum* absolutum dividitur in *Reale*, & *Personale*, seu *in re*, & *ad rem*. Reale, seu *in re*, est, quo res aliqua immediate in se ipsa est nobis obligata, seu vi cuius rem in se ipsa nobis subiectam habemus. Personale, seu *ad rem* est, quo non res ipsa, sed persona aliqua est nobis obligata ad aliquid dandum, vel faciendum. Ad *Jus reale* requiritur *existentia rei*, vel *physica* in rebus corporalibus, vel *moralis* in rebus incorporalibus, seu *Juribus*, *iusibus*, *titulis*, seu *habilibus* ad transferendum, aut acquirendum dominium, sed aliud *Jus reale*, uti a natura est permisso ad occupandum rem communem, quæ nullus est: item venditio, permutatio, donatio &c. & traditio rei vera, aut ficta, vel alius modus, quo Jura realia acquiruntur, ut usufructus, occupatio rei communis, testamentum, legatum, & in spiritualibus v. gr. collatio beneficii, confirmatio electionis ad Prælatum &c.: nam *traditionibus*, & *usucapionibus* dominia rerum, non nudis *actibus* transferuntur lib. 20. Cod. de pactis. Plura de hoc lib. 2. tit. 1. a. num. 52. Ad *Jus personale* sufficit iustus titulus pacti, seu contractus, aut quasi-contractus delicti, vel quasi-delicti, quo proximo nocetur. Ex his *Jus reale* parit actionem realem, seu *in re*, ut res ipsa repeti possit a quocunque possessore; *Jus vero personale* parit actionem personalem, seu *in personam*, ut ista det, vel faciat, quod ex conventionie, aut obligatione delicto contracto dandum, vel faciendum est. v. g. emitti a Titio equum 100. florensis numeratis, antequam equus tibi tradatur, habes *Jus personale* ex contractu emptiois questum, vi cuius actione personali experiri potes contra Titium, ut equum tradat. Facta autem traditione equi habes *Jus reale* in equo. 3. Species *Juris* realis sunt non tantum due, ut aliqui statuunt, scilicet *dominium*, & *iusiudicium*, sed plures alie: ut *Jus servitutis*, pignoris, possessionis, potestatis patrie, dominicæ, æconomicæ, tutoriæ, curatoriæ; item *Jus venandi*, piscandi, *Jus Parochiæ*, Prælatuæ, & alia similia Jura, de quibus suis locis. *Jus personale* tot habet divisiones, quot sunt species pactorum, seu contractuum, & obligationum ex delicto, ut furto, rapina &c.

41. R. 3. *Jus activum* est potestas legitima alterum obligandi in suum commodum. Dicitur 1. obligandi hoc est necessitate adstringendi ad aliquid faciendum, vel

vel omittendum. Dicitur 2. in suum commodum, hoc est in utilitatem obligantis, ut suum ei tribuatur. v. g. Titius habet equum proprium, & exinde habet *Jus activum*, exigendo, seu obligando alios, ne equum sibi auferant, vel ei nocent, & si quis eum abstulit, vel nocuit, ut restituat, vel dampnum reparet, quæ restitutio, aut damni reparatio cedit in utilitatem Titii. Et hoc sensu *Justitia* dicitur dare cuique *Jus suum*: nam ad hoc requiritur, ut ex parte unius detur *Jus activum*, seu potestas alterum obligandi, & ex parte alterius detur *Jus passivum*, seu passiva obligatio faciendi, aut omittendi id, quod exigit *Jus activum*, seu radix, & mater exercecde *Justitiæ*, prout hæc ponit adæquationem inter *Jus activum*, & *passivum*. 2. *Jus activum* formaliter, & ratione sui non dividitur aliter quam ipsa *Justitia*, ac proinde triariam: in *Jus activum* correspondens *Commutativæ*, quod est *Jus quantum proprietatis* late acceptæ pro omni *Jure* jam obento, sive personali: in *Jus activum* correspondens *Distributive*, quod est *Jus condignitatis*: & in *Jus activum* correspondens *Legali Justitiæ*, quod est *Jus observantia*. Ratio hujus divisionis est, quia tot modis dividi debet *Jus activum*, quot modis fieri potest illius adæquatio per *Justitiam*, sed tales modi sunt tantum tres, scilicet modus *Commutativæ*, *distributive*, & *legalis*, ergo. Nec obstat, quod DD. aliqui *Jus activum* dividant in *reale*, & *personale*: nam dividunt illud inadæquate prout correspondet soli *Justitiæ* *Commutativæ*, quæ in multorum sententia est sola stricte, & rigorose *Justitia*. Hoc sensu intelligenda sunt, quæ ego scripsi in *Disput. Civ. Disput. 5. Controv. 1. num. 3.* Cætera Jura, quæ talia, non sunt activa, ut *Jus dominii*, & *Jusiudicium* &c.: nam *dominium* est *Jus reale*, seu potestas disponendi de re sua, adeoque respicit proprias actiones *subiecti*. Ad *dominium* materialiter spectatum, ut respicit alterum, obligando illum, non rem dominii auferat, vel ablatam restituat, est sub hoc respectu proprie *Jus activum*, seu exactivum, quia ista exigit ab altero obligato. Similiter *Jusiudicium*, ut est *Jus gubernativum*, seu potestas gubernandi subditos ad utilitatem eorum, & *Jus observantia*, non est *Jus activum*, quia licet obliget subditos, non tamen in commodum habentis *Jusiudicium*, sed in commodum subditorum. At *Jusiudicium*, ut est *Jus proprium* Principi, aut *Judici* in hærens, quo alii obligantur, ne Principem, aut *Judicem* iniuste hoc *Jure* spolient, vel in usu *Jusiudicium* turbent, & impediant, hoc respectu est proprie *Jus activum*, seu *proprietas*. Ita philosophare de *Jure Parochiæ*, Prælatuæ &c.

Dices contra divisionem *Juris* activi: Violans puram *distributivam*, vel *legalem* *Justitiam*, non tenetur ad compensationem faciendam, sicut v. g. Episcopus conferens beneficium digno, omisso digniore, non tenetur quidquam digniori compensare, cum iste non haberit *Jus* questum ad beneficium; ergo respectu *distributive*, & *legalis* non datur *Jus activum*. R. Probabilis conc. antec. & neg. conseq. nam restitutio, & compensatio damni est actus solius *Justitiæ* *Commutativæ*, dum læditur *Jus questum* proprietatis; at si lædatur *Jus activum* condignitatis, vel observantia, peccatur quidem contra *Justitiam*, sed nulla oritur obligatio compensandi, ut mox dicam.

42. Q. 5. Quanta sit obligatio *Justitiæ*? R. 1. ex genere suo gravis, cum quique graviter obligetur proximum suum indemnem conservare. At ex parvitate materie obligatio ista fit levis, ut si diviti unum obolum auferas.

43. R. 2. Obligatio *Justitiæ* *Commutativæ* oritur ex omnibus pactis, & contractibus, quasi-contractibus, ut sunt negotiorum gestio, tutela, cura, rerum communio, hereditatis communio inter plures cohæredes, aditio hereditatis ad solvenda legata, indebiti solutio. Item ex tacitis conventionibus inter Principem, & Rempubl. Prælatum, & Ecclesiam &c. Denique ex delictis, vel quasi-delictis, quibus proximo nocetur. Præcipuus actus *Commutativæ* est restitutio: & quidem si *Jus actu* habitum violatum est, tantum restitui debet, quantum ablatum fuit: si vero *Jus* in spe iniuste impeditum est, non restituitur tantum, quantum est *Jus* in re, quia sic plus restitueretur, cum *Jus* in re fit plus, quam *Jus* in spe: sed ali-

qualis restitutio facienda est secundum arbitrium boni viri, attenta conditione personarum, & negotiorum; ut si quem iniuste impediti a consecutione officii, vel beneficii sperari. Cætera de restitutione vide in *Moralisticis*.

44. R. 3. Obligatio *Justitiæ* *distributive* pure oritur in Superiore ex debito *distributivæ* officia, & bona communia. Peccatur contra hanc *Justitiam* per acceptionem personarum, quæ ex genere suo est mortalis, dum scilicet persone alicui attribuitur id, quod secundum ejus merita, & capacitatem non esset ei attribuendum: seu dum aliquid datur persone sine causa, quod propter causam dandum esset v. gr. beneficia Ecclesiastica danda sunt propter causam majoris dignitatis, & utilitatis; ergo si dentur alicui minus digno, & minus utili Ecclesiæ, committitur acceptio personarum.

45. R. 4. Obligatio *Justitiæ* *legalis* pure oritur ex debito conservandi *Jus* commune. Peccatur contra hanc *Justitiam* per speciale vitium, seu delictum iniustitiæ illegalis, in quantum bonum commune contemnitur, & pars *Comunitatis* non facit tantum, quantum potest, & debet pro bono communi. Cæterum delictum hoc non avert specialiam malitiam, nisi accedat contemptus formalis; seu dum quis peccat animo contemnendi bonum commune vel contra illud machinandi v. g. si cives, Clerici, aut Religiosi velint procedere, aut subvertere patriam, Ecclesiam, disciplinam Ecclesiasticam, aut regularem.

46. R. 5. Ex violatione *Justitiæ* *distributive*, aut *legalis*, si pura sit, non oritur obligatio restituendi: tum quia non læditur *Jus proprium*, aut questum alteri; tum quia S. D. & T. T. communiter docent restitutionem esse actum proprium *Justitiæ* *Commutativæ*. Dices: si quis iniuste impedit digniorem a consecutione officii v. gr. illum demigrando, & difformando, tenetur ei ad restitutionem; ergo etiam Superior, qui omisso digniore consulit officium minus digno, tenetur digniori ad restitutionem. R. neg. conseq. nam Superior in hoc casu peccat contra *distributivam*; iniuste vero impediens contra *Commutativam*: siquidem dignior, licet non habeat *Jus* questum ad officium, habet tamen *Jus proprium*, & questum, ne per dolum, & malas artes impediatur a consecutione officii.

47. R. 6. Si *distributivæ*, ut plerumque fit, miscetur *Commutativa*, ex violatione illius oritur obligatio restituendi. Ita comm. nam tali casu jam læditur *Jus proprium* alterius. Exempla obvia sunt: 1. Si testator mille aureos relinquit distribuendos inter pauperes secundum proportionem paupertatis: tunc enim si minus detur pauperiori, distributor tenetur ei ad restitutionem, quia læsit *Jus ipsius* ex legato questum. Idem dico de belli-duce, qui a Principe accepit præmia inter milites distribuenda secundum proportionem meritum. 2. Si Papa, Episcopus, & Prælatu regularis conferat officia, & beneficia Ecclesiastica minus dignis, non tenetur quidem ad restitutionem dignioribus faciendam: attamen respectu Ecclesiæ, cui est *Justitia* *Commutativa*, seu quasi-contractu tenetur præficere digniorem, obligatur reparare omnia damna, quæ tali Ecclesiæ, vel monasterio obveniunt ex regimine Clerici, aut Religiosi minus idonei. Fulse, & nervose de *Justitia* scribit S. D. 2. 2. quest. 57. usque ad 79. quem utram omnes Legiste, & Canoniste legant, ut *Justitiam*, seu objectum *Juriprudentiæ*, factam tectam conservent.

TITULUS II.

De Jure Naturali, Gentium, & Civili.

Agitur de hac materia in *Pandectis* l. 1. tit. 1. 2. 3. 4. In Codice l. 1. tit. 14. 15. 16. 17. In *Jure Can.* tit. de Constit. ubi alii loci communes allegantur.

In hoc titulo agitur de *Jure legali*, seu accepto pro communi præcepto, ut patet ex §. fin. de *Just. & Jur.* ubi Imp. dicit *Jus collectum esse ex naturalibus præceptis, aut Gentium, aut Civiliibus*. In quo sensu *Jus* est ordinatio rationis, seu regula communis vivendi, juxta quam membra *Comunitatis* regantur, & operentur. lib. 2. ff. de *Legibus*. can. 2. A 4. d. 2.